J. G. Kochii Confil. Aul. Seminarii praeceptor. Direct.
Reg. Soc. Scient. Götting. litt. commerc. coniuncti

TENTAMEN
ENUCLEATIONIS
HIEROGLYPHICORUM
QUORUNDAM NUMMORUM.





PETROPOLI, MDCCLXXXVIII.
Ex Typographia Imperiali.

ILLUSTRISSIMO

AC

EXCELLENTISSIMO

DOMINO

PETRO BASILIDI SAWADOWSKIO,

AUGUSTISSIMAE OMNIUM ROSSIARUM IMPERATRICI

a Consiliis secretioribus, Senatori,

aerarii pecuniarum mutuatitiarum Supremo Directori, Scholarchiae Imperialis Exarchae, Coenobii Nobilium Virginum Concuratori, Petropoleos et Moscuae exaedificandarum Aedili, Ordinum St. Alexandri Newskii, St. Wladimiri, St. Georgii, Aquilae albae ac St. Stanislai Equiti, &c. &c.

Fautori Colendissimo.

Illustrissime ac Excellentissime
Domine,

Intenta semper accinctaque bonitas TUA *in litteras, quibus praees, facilitas admissionum eorum, qui studia humanitatis profitentur, adhaec beneficia illa, quibus memet auxisti, addidere animum offerendi tenuia haecce muscidaque veterum ramalia, nec ardua munia, quae pari aequitate ac iustitia imples, deterruere. Excepisti indulgenter,* FAUTOR OPTIME; *non excepisti vero solummodo, curas quoque editionis ademisti; nouum conferendo beneficium, quibus fruor, mereri primum non finis.*

Tali

Tali Maecenate litterarum, ſpiritus ac ſanguis, quem CATHARINA II. *indidit litteris, non poteſt non diffundi in omnes Roſſici Imperii venas; atque vtinam dignius quid prouida TUA praeuenientique benignitate haberem! — Accipe nunc FAUTOR OPTIME! libellum, qui TUO beneficio typis expreſſus, TUUS eſt: accipe gratias grati animi, qui votis tantum et precibus pro incolumitate TUA abundat. His annuat Teroptimus Maximus, ſeruetque TE litteris quam diutiſſime. Omnibus interim viribus protectionem TUAM ad finem uſque vitae mereri conabor,*

Illuſtriſſime ac Excellentiſſime

Domine,

Nominis TUI

deuotiſſimus cultor

I. G. Koch.

Tentamen enucleationis hieroglyphicorum quorundam nummorum.

Nummos, de quibus acturus, *hebraeos*, *hebraeo-samaritanos*, signa eorum, *vrceum mannae*, *vrceum manna repletum*, *poculum cum thure fumans*, *flores amygdalinos*, *lilii convallii*, immo *Aronis virgam* vel *ramum* nominavere alii, legere et nomina *Jerusalem*, *Simon*, *Mathatias*, *Israel*, *Sekel-Israel* &c., certe nulla habita Mosaïcae legis ratione. Eadem mihi, non exlex tamen illa libertas. Odi fucum, quo collinitur nuncia vetustatis: aliter lego, quia alia video.

Delineationes nummorum eaedem, quas D. J. C. Klemmius S. Theol. linguarumque P. P. libello suo academico, *De nummis Hebraeorum*, Tubingae 1730. annexuit: differunt quaedam ordine tantum laterum sensu inscriptionum id requirente. Accessere delineationes nummorum e Comment. R. S. Scient. Götting. Vol. VIII. 1787. depromtae, nouum alphabetum litterarum, quae in nummis hic delineatis exstant, ac praeterea duae effigies Isidis, e

D. Montfauconis Antiquit. expl. et ſchem. illuſtr. CXII. Pl. à la 280 page Tom. II. tertia vero e *Memoires. concern. l'hiſtoire, les ſciences &c. des Chinois, T. I.* inſcriptionibus eadem lingua, iisdemque litteris, quibus nummi, deſignatae, vnde non modo Theogoniae veterum, ſed quod maxime nunc intereſt, perlibrationi originis nummorum et litterarum, quibus inſcriptiones eorum conſtant, noua ac maxima lux affulget. Collatis enim his ſpeciminibus aegyptiacis, ſimilitudo litterarum mouet ſtatim ſuſpicionem, eandem patriam, quae Iſidem genuit, protuliſſe et inſcriptiones et litteras et ſigna nummorum. Auget ſuſpicionem contemplatio aliorum aegyptiacae olim religionis ſignorum, praeſertim vero illorum, quae priſci, ac recenter D. Montfaucon, *abraxas*, nominauerunt, quaeque Iſidem, Serapim, Pan vel Abrakjauum et alia ſiſtunt ſigna, ac inſimul inſcriptiones cum variis hieroglyphis, non niſi eadem Arabica lingua explicandis. Nullum vero amplius dubium, quamprimum animaduertimus, nummos, ramum palmae ac calicem vel vrceum ſiſtentes, ſignatos eſſe hieroglyphis, *Pharaones*, i. e. *primarios vel ſummos principes ac*

reges

reges Aegyptios, ſignificantibus, id quod in enucleatione nummorum vberius oſtendam.

Hac via incedenti noua mihi orta ſuſpicio. Obſeruaui nummorum quorundam hodiernorum nomina, vtpote: *Real*, *Thaler*, *Oer* et *Blafer* aſſonare vocibus in exordiis inſcriptionum exſtantibus. Conieci ceterorum quoque nomina eiusdem eſſe originis: nec inuanum. Faciliter enim inueni omnia fere, vernaculis recentioribus exceptis, ab emblematibus antiquiſſimorum horum aegyptiorum nummorum promanaſſe; immo Graecorum, Romanorum et Indorum quorundam nummorum nomina ejusdem eſſe originis. Deriuationes has, quia rei monetariae Europaeae hiſtoriam demonſtrant vetuſtiſſimam, nullus haeſitaui annectere. Variae hinc disquiſitiones de primis hujus vel illius europaei populi nummis ſuperfluae: diſcimus hinc quoque nummos ſimiles vetuſtiſſimos et genuinos diſcernere ab amuletis, quae monetis adnumerare autores quidam non dubitarunt.

Dixi Theogoniae, quam veteres quidam iam autores Caballae vel potius Cawabil قوابل i. e. *principiorum* conſtructionis hieroglyphicae ignari,

 truſtra

fruſtra ac vera mythologia explicare conabantur, ex lectis nunc primum inſcriptionibus Iſidis nouam ac maximam affulgere lucem: non Aegyptiorum vero aliarumque arabicarum nationum Theogoniae, quam Graeci et Romani adoptauere, verum etiam Theogoniae ceterorum Europaeorum populorum, in vltimis quoque ſeptentrionis plagis habitantium, eadem lux affulget. Magnam tamen partem Slauicae gentis excipio, quam Tacitus lib. de mor. germ. recte *Lygios*, i. e. *Albos*, nominans, nulla ſimulacra, nullumque peregrinae ſuperſtitionis ſignum habuiſſe teſtatur, id quod penitiore enucleatione eorum, quae Neſtor, fidiſſimus hiſtoriae Roſſicae ſcriptor de nationibus gentis hujus expoſuit, opportuno tempore, vberius explicare conabor. Excipio et Perſas, qui teſte Heródoto lib. I, 132. omnem hieroglyphicum ridebant cultum, deteſtationeque (conf. Herodot. lib. III.) proſequebantur. Magi enim eorum holocauſto oblato cecinere non Θεογονιαν, vt interpretes credidere, ſed vt Herodotus recte expreſſit Θεογονιην, i. e. طى اغاني *Thej-aghanijin*, i. e. *ſanctificationis Dei carmina*, vel vt Herodotus ipſemet interpretatur επαοιδην.

Nec

Nec obſtant, quae idem autor de cultu Vraniae Perſis imputat. Genuini Perſae coluere non Graecorum, ſed Perſarum Vranian, i. e. ignem, lucem coeleſtium tractuum, cui aſſeclae priſtinae illius religionis hodiedum ſacrificant.

Inſcriptiones Iſidem *dokja*, i. e. *ſolem*, et *Ijo*, i. e. *ſplendorem ac lucem ſolis*, et *dokja iil*, i. e. *ſolem potentiae*, *fortem*, et *ab eſmat*, i. e. *lucem coelorum* nominant. Conuictus his Iſidem eſſe hieroglyphon ſolis, cetera quoque aequipollentia, ſolem ſignificantia, Iſidi conuenire, et felici quidem euentu, judicaui. Collata enim ſynonyma (vid. ſequ. enucleat. delin. hic Iſidum) actutum oſtendere mihi, quamobrem Iſis cum capite vaccae, cur cornuta alias et geſtans globum, paruum montem, ſaxa, lapides et capillum promiſſum plicatumque, cur colligata, cur foemina dicta, cur quoque nuda cum ſigno lunae, cur et cum femoralibus ſtrictioribus &c. effingebatur. Didici hinc, quae pietas mumias produxit, et colligauit, quamobrem rufo colore, et toſtae, aſſatae forte, cur aceruo lapidum vel ſaxeis incluſae pyramidibus, quae ratio figurae harum, quae cultus boum vitulorumque &c. Hac

ratione inuestigando, jam et veterum de Aegyptiis libros nouo quodam studio euoluendo, inueni originem non delineatarum modo hic Isidum, verum aliarum quoque ejus effigierum. *Ijo* vel *Jao* vel *Ijao* enim intellecto, et varia alia solis coelestiumque hieroglypha originesque Jo, Jovis, Osiris, Furridoris, Mercurii, Odini, Thori, Chorsi vel potius Korsi, Peruni, Korgi, Foiubassi (vel φοιβος, Phoebus, dicti,) Herculis cum leone, Apollinis, Ballillani, Abrakjawi, Cereris, Hammonis, ceterarumque olim diuinitatum in Aegyptiorum, aliorumque pantheis, faciliter iam cognoui. Dedere haec, praeter omnem spem, et cognitionem vetustissimi Aegyptiorum systematis mundi, ac insimul originis veterum coelestium signorum et constellationum, a quibus nouae globis inscriptae, astris certe alienae, toto coelo distant. Annon igitur hinc Theogoniae hieroglyphicae, historiae litterarum, ac populorum etiam noua affulget et maxima lux? Verum his de rebus imposterum, si otii, si virium sat erit: ad inscriptiones nummorum hieroglyphicorum redeundum.

Harum litteras nominauere hactenus samaritanas similitudinis caussa cum quibusdam litteris Samaritanorum

tanorum

tanorum: quasi vero ceterarum arabicarum nationum, nostraeque europaeae nunc litterae, tantopere dissimiles. Urceum, calicem vel poculum, quia vrceum mannae, ramos palmae autem virgam Aronis esse crediderunt; necessum jam arbritrati sunt, Jerusalemi, Israelis, Simonis et Mathatiae (cur non Mosis et Aronis) nummos esse. Legerunt ergo eorum nomina, vbi nemo Samaritanorum legisset. Samaritana vident, maccabaea tamen in hodiernum diem omnibus viribus legunt. Credulitatem, vt apparet, comitata est fraus; Sekel Israel effingebantur. Cum vero diuersae primo intuitu litterae nummorum, immo et similes quaedam, situ ac aliis modificationibus discrepantes, sententiae exegetarum refractarie obessent: effinxere et fingunt hodiedum varia alphabeta, quibus et signa interpunctionis, (in runnicis quoque occurrentia,) pro litteris habita, noua arte inseruerunt, non Samaritanorum vero, sed Maccabaeorum in gratiam ac honorem. Ars ratiocinandi in rebus occultis et probabilibus longe aliis ac lenioribus innititur praeceptis.

Ceterum differunt litterae inscriptionum et signa interpunctionis situ saepe aliisque modificatio-

 nibus,

nibus, (vid. Tab. IV. V. et VI.) verum, vt litterae diuerſarum ſcholarum, diuerſorum ſcribarum, et caelatorum. Easdem varietates et multas alias conſpicimus in gemmis citatis, aliisque hujus originis monumentis. Exſtant vero in numero earum gemmae, quarum autores Kjohuli (Gaules) كهل i. e. *ſeniores* Galliae veteris: exſtat etiam gemma, germanica inſimul et arabica inſcriptione inſignita: exſtat denique ſiſtens Saowteſitum, vel vt vulgo nominant Swanthewitum, cum inſcriptione arabica, litteris vero ſlauicis concinnata. Siſtam data occaſione inſcriptiones in ſimilibus monumentis arabicas, runnicis tamen litteris conſtantes. Apparet ergo diuerſa ſecula et diuerſas ſcholas jam olim introduxiſſe diuerſiſſimas modificationes litterarum. Adſunt exempla in Mſptis, et recentiorum ſeculorum: caulis tamen ſemper idem; rami, ſtolones foliaque ſparſim extenſione, ſitu et numero differunt.

Inſcriptiones 1. et 33. nummi et punctis diſtinctae; in ceteris ſigna alia interpunctionis duo, plura in gemmis citatis. Horum vnum crux × +, adeoque صلب *ſolob*, i. e. *cruces;* (voci huic aſſonant صلب *ſolb*, i. e. *dignitas, ſufficentia):* alterum acuminatum,

vel

vel figura cuſpidis ſagittae, adeoque منزع, *minſao*, i. e. *ſagitta*, *res dimouens*, vel *dirimens*. Poſterius in gemmis figuram quoque ſlauici Ф, *fert* habet, aſt فرض *ferdd*, *ſagittam* quoque *non alatam* ſignificat. Dirimit vero non hoc tantum ea, quae cohaerent; verum etiam crux, quamquam, vi ſignificationis aequiſonae vocis, initia fineſque indicare deberet, id quod plerumque et praeſtat. Diremtiones interdum non fortuitae, non arbitrariae, ſed magno ſtudio ſignatae: iis neglectis, ſaepe ſenſus inſcriptionum vix ac ne vix quidem eruitur. Dabimus exemplum in nummo 21. Hinc quoque elucet ſignificatio crucis in ſignis aegyptiacis; apparet inſimul vnumquodque ſignorum interpunctionis verum eſſe hieroglyphon, vel ſi mauis عيار اغلاف *ijar-eglafo*, i. e. *ſignum juſtae menſurae et ponderis reconditum in theca:* immo omnis littera erat primario hieroglyphon, omnemque ſine dubio oportuit initio eſſe. Litterae enim cum ſint ſigna ſonorum, qui nec oculis percipi, nec pingi poſſunt: neceſſum fuit ſane eligere ſigna, quorum denominationes, viua voce editae, aſſignatum pridie ſonum reuocare potuerunt. Qua ratione enim ipſe autor

litterarum dignouiſſet alias valorem litterae nudius tertius aſſignatum? Qua ratione alios docuiſſet, ſi ſonorum mere arbitraria fortuitaque ſigna conſtituiſſet? Opinionem hanc confirmant non figurae modo ſuperſtites litterarum, verum praeſertim nomina quaedam eorum priſtina, quae arabicae nationes, Graeci, ac Slaui in hunc vsque diem conſeruauere. Pauciſſima, praeter prolatum jam in medium ſlauicum *Fert*, exempla, palam pro allata conjectura pugnantia, impraeſentiarum ſufficient.

Primam alphabeti litteram nominant Slaui *As*, Ebraei *Alef*, ceteri Arabes *Aelif*, Graeci *Alpha*. Utraque nominatio reuocat ſonum vocalis A: vtraque combinata, vt: *as alfa* aſſonat vocibus, عاسي الوي *aſſin alwaj*, i. e. *ſpadix, vel palmae ramus intortus diſtortusque*. Ebraeorum *Alef*, noſtra europaea A veteris ac recentioris aeui, in gemmis, monumentis et nummis, conf. Alphab. Tab. IV. ſiſtunt ſpadicem hunc plus vel minus diſtortum. Arabes et Syrii caulem fere tantum ſpadicis retinuere. Aſſonans Ain et proximum natu Omega Graecorum, quod Slauorum alphabeto quoque ineſt, imitatur in nummis et gemmis eandem figuram.

B, in

B, in nummis et alphabetis Ebraeorum et Chaldaeorum, eſt figura et nomine باءة *beoeth*, i. e. *manſio:* quaenam vero haec ſit manſio, docet nomen, quo Slaui litteram hanc inſigniunt: appellant vero *buki* بعقاة *bakat*, i. e. *in area vel impluuio domus.* Talem manſionem aëri vndique fere liberam, tecto tantum praeditam, imitatur haec littera in omnibus dictis monumentis. Slauorum buki exſtat et in delineatis hic Tab. IV. et Tab. V. aegyptiacis Iſidibus.

ودي *wedi* ſignificat *ſurculum* palmae, cuius figuram littera wedi, praeſertim in alphabeto Hieronymi dicto (et V) habet.

Slaui appellant litteram D *dobro.* دبر *dibr*, pl. *dobur* ſignificat *ſcopulum* vel *petram in mari.* Figuram hujus et habet ſlauicum Д, et D in nummis hic delineatis, et Δ Graecorum. Arabes appellant ſuum *dal*, Ebraei *dalet*, Graeci *delta.* دحل *dahl* ſignificat *foramen in terra ſuperne anguſtum, interne vero amplum et patens:* دولة *dawlet* vero *rem ſimilem perae anguſti oris:*

د Ara-

ذ Arabum, δ Graecorum et *d* caeterorum Europaeorum imitantur vtrumque: Ebraeorum et Chaldaeorum vero ד et ſcopulum in mari.

Slaui appellant M ſuum *mislete:* مهيص لطّي *mehis leththej* ſignificat *fulgentem ignem.* Reuera figuram fulminis littera haec etiam in inſcriptionibus hic delineatis noſtrisque hodiernis ſcriptis imitatur. v. Tab. VI.

R Ebraeis *Reſch*, Slauis *Rtzi:* راشح ارضي *raſchih artzi* ſignificat *reptile terreſtre* vel terrae. Effigiem reptilis, immo ſerpentis, ſiſtit littera haec in inſcriptione Iſidis Tab. V. Cauſſae variarum litterae hujus modificationum hinc elucent. R latinum exſtat jam in numero 2: P Slauorum et Graecorum in inſcriptione Iſidis Tab. V. et in delineatis hic nummis.

Collatis his anceps aliquatenus videtur cauſſa litterarum et hieroglyphorum de primogenitura diſceptantium: differunt enim hieroglypha litterarum a hieroglyphis proprie tandem dictis, vt ſignum vnius tantum vibrationis, a ſigno plurium diuerſarumque vno eodemque momento excitatarum. Si hiero-

hieroglypha proprie dicta picturae essent, caussa litterarum caderet: qui ea mythologorum in modum picturis annumerauere, dudum litem eorum fidenter secarunt. — Fateamur potius litteras esse طهو عتّي *thahw otjin*, (vel, vt vulgo scripsere, Thauti, Thoti) i. e. *opus senioris*, et opus قديم *Cadimin* vel *Cadmi*, i. e. *senioris*, vel *antiqui principis*; adeoque seniorum sacerdotum Aegypti, qui eas quoque aliis et nostris Europaeis attulere. Scriptura jam illa, vbi vocales juxta seriem consonantium exstant vel penitus deficiunt, quaeque exercitatioribus in linguis arabicis et sine vocalibus suffecit, nec europaeis linguis nimium conueniebat, in Asiaque permansit, videtur esse opus Chaldaeorum خلّ دهي *choll-dehin*, i. e. *amicorum subtilitatis ingenii*, φιλοσοφων, qui *Ur Kasdim* ور قاصيدون *Wour Kasidune*, i. e. *propingui petrosae Arabiae* erant, ac in vicinis terrae hujus locis floruere, quorsum teste *Diodor. Sicul. lib. I. Belus* eos ex Aegypto deduxit. Nunc ad enucleationem nummorum Isidisque accedamus.

Tab. I.

Tab. I. continet delineationes ſequentium nummorum:

I.

Nummus hic ſiſtit calicem vel poculum operculo opertum et inſcriptionem:

Ar fol tſcherd foë, i. e.

عرى فحال جريد فاح

i. e. *communi uſui permiſſae palmae maris ramus ſiccus diffudit odorem:* alterum latus continet ramum palmae cum floribus, et inſcriptionem:

rotſchal roë, i. e.

رجل راح

i. e. *magnum agmen odore percepit.*

Apparet in inſcriptionibus his metro quoque cohaerentibus, nequaquam agi de virga Aronis, neue de vrceo mannae. Eaedem, vetere arabico Aegyptiorum, Ebraeo non diſſimili idiomate, concinnatae, ſuadent et requirunt explicationem ſignorum eadem lingua. Nominemus ergo ea, linguae arabicae nominibus: dicamus in uno latere exſtare:

فرع بعل *faro bal,*

i. e. *ramus palmae,*

et *Faro* vel *dominus princeps familiae et populi.*

in

in altero vero latere:

قبعل طبق

i. e. *Komol thaebaek*,

i. e. *Calix magnus*, *operculum*,
et *Kamil thaebaek*,

i. e. *Caput familiae ac princeps vniverſalis*, vel *terrae faciei*.

Pentateuchus ceterique libri Veteris Teſtamenti docent Aegyptios reges appellatos fuiſſe *Pharaones*, ac habuiſſe ſuos *Chartummim*, i. e. غروة تموث *ghorrut tommut*, i. e. *principes familiarum ſeniores;* hucdum Aegyptus vel terra عي غبيوت *Ai-ghobojut* i. e. *magnorum diluuiorum* Nili nempe fluminis, ſenioribus vel Scheichis vel potius شيخ Schojochis regitur. Herodotus lib. II. 151. teſtatur etiam, antiquitus plures in Aegypto fuiſſe principes, e quorum nummero ſummus eligebatur. Eadem ſplendida regum aegyptiorum appellatiua, in quibus plerumque de imperio totius orbis agitur, Herodotus ipſe, Diodorus Siculus, Amm. Mar-

Marcellinus, aliique afferunt. Confenfus horum, ni fallor, fatis fuperque demonftrat, nummum hunc effe aegyptium et Pharaonicum. Facilis iam fequentium iisdem hieroglyphis fignatorum explicatio.

2.

Siftit ramum palmae cum floribus et infcriptionem: *Ol tfchrd ofar,*

i. e. علي جريد عغار (על)

i. e. *Apud ramum foecundationis:*

alterum latus habet calicem et infcriptionem:

or lao rel,

i. e. هرلكا رهل

i. e. *furculorum palmae pellicula inflata fuit.* Calix cum hic fine operculo exftet, legenda hieroglypha fequenti modo:

Faro bal Kamil.

i. e. *Faro, Pharao* vel *Princeps dominus, caput familiae.*

3.

Siftit eundem ramum palmae cum floribus, et eandem infcriptionem, quam in antecedenti num 2. legimus

legimus: alterum latus eundem quoque calicem cum cum inscriptione: *Fra or lao rel,*

فرع هر لحا رهل

i. e. *rami ſurculorum pellicula inflata fuit.*

In margine ſuperiore calicis exſtant litterae *o d l,* in figuram vnius litterae redactae, quas, quia diſtinctius exaratae in nummo 7. ibidem explicabimus. Hieroglypha hic eadem, quae in nummo 2: ſignificationem eorum itaque v. ibid.

4.

Primum hujus nummi latus conuenit cum praecedentis nummi priori latere: alterum vero exhibet calicem cum inſcripto E, et in margine inſcriptionem: *Ola oaf or lao rel,*

على عغو هر لحا رهل.

i. e. *ſuper bono ſurculo pellicula inflata fuit.* Significationem litterae E vid. in nummi 7, hieroglyphorum vero in nummi 2. enucleatione.

5.

Primum latus conuenit cum praecedentis nummi priori latere: alterum habet calicem cum inſcripto

ſcripto O, cuius ſignificationem v. in num. 7. explicatione. Inſcriptio hic:

Rool or lao rel,

رعل هر لحا رهل

i. e. *palmae ſurculi pellicula inflata fuit.*

Hieroglyphorum ſignificationem v. in nummi 2. enucleatione.

6.

Prioris lateris inſcriptio eſt: *Ola tſcherdd ofar*, i. e. *apud ramum palmae ſiccum foecundationis:* poſterioris vero: *or lao rel*, i. e. *ſurculi pellicnla inflata fuit.* v. num. 2. Hieroglyphorum explicationem v. ibid. Calicis margini inſcriptae vocis *odl* enucleationem v. in num. 7. explicatione.

7.

Inſcriptio hic: *Ola tſcheffr ofar,*

علي جغري عغار

i. e. *apud ſpatham palmae foecundationis.* Alterum latus habet calicem cum inſcripta margini eius voce *odl*, عدل *odl*, *edl*, i. e. *legitimus, aequo ac iuſto pondere* nummus. De valore nummi

mi hic agi, nemo non videt. Hinc elucet, litteras E, O, in antecedentibus nummis, idem denotare. Inſcriptio ambiens calicem eſt ſequens:

hoſch afora حايش عغر

i. e. *multitudo palmarum puluere conſperſa fuit.* Significationem hieroglyphorum vid. in nummi 2. enucleatione.

8.

Inſcriptio nummi huius eſt:

Otſch rol ar ollel or,

عج رعل عري עולל هر

i. e. *vehementer puluerem diſpergens palma mas communis racemare fecit ſurculos.*

Hieroglypha ſunt:

فزع قبعل حبل

i. e. *ramus*, *vrceus anguſto collo*, *funis*, *cuius ope palma conſcenditur*,

et *Pharao* vel *princeps caput foederis.*

9. In-

9.

Inſcriptio eſt: *tſchol jolla*, جعل ايل
i. e. *palma pumila breues paruosque dentes habens.* Hieroglypha ſunt:

بعل ورق ايل

i. e. *palma, folium dentes breues habens.*
et *dominus opum magnarum.*

10.

Siſtit calicem et inſcriptionem *tetallel*, תתעלל
i. e. *racemandam ſemet praebebit:* alterum latus habet calicem, e quo ventus lineis deſignatus, diſpergit puluerem. Vtrinque flores palmae et in margine inſcriptio: *efor*, عفار i. e. *foecundatio palmae.* Hieroglyphon prioris lateris eſt calix denotans ſaepe iam explicatum قبعل; poſterioris vero ſunt:

قبعل ريح طلع

i. e. *calix, odor exhalatus, ventus, flores palmae,*
et *Princeps potentiae, victoriae, altus.*

11.

Siſtit racemum dactylorum et inſcriptionem *Thaol*, طحل i. e. *impleuit:* alterum vero latus

mor-

mortarium cum piſtillo et inſcriptionem: *ar olel or*, i. e. *communis palma racemare fecit ſurculos.* Conf. n. 2. Hieroglypha hic:

ربيس كدّ

i. e. *racemus*, *mortarium*,

et *ſtrenuus remouit manu ſua.*

Tab. II. complectitur delineationes ſequentium nummorum.

12.

Hieroglypha in priori latere ſunt:

قبعل اكل قرمن

i. e. *calix*, *dactyli*, *diſcus:* his aſſonant:

قبعل آكل كرسّى

i. e. *princeps rex ſolii.*

Alterum latus habet hieroglypha:

قبعل اكل رواق شط بعل

i. e. *calix*, *dactyli*, *porticus*, *ſummitas palmae:* his aſſonant: قبعل آكل رفغ شط بعل

i. e. *princeps rex multae terrae regionis*, *dominus ſummitatis* vel *ſummus.*

Inſcriptio nummi eſt: *Ol or ollel*, עולל على هر

i. e. *apud ſurculum racemauit.*

13. 14. 15.

Hieroglypha horum nummorum ſunt:

بعل اكل قبعل

i. e. *palma, dactyli, calix,*

et *dominus rex princeps ſummus.*

Inſcriptio nummi 13. eſt: *al bool maollel:* 14. vero: *al bo moolal,* מעלל على بعل i. e. *apud palmam racemauit.* Inſcriptio 15. eſt: *al bol ellel,* quod idem ſignificat.

16.

Hieroglyphi, *calicis* nempe cum operculo ſignificationem v. in numm. 1. enucleatione. Alterum latus ſiſtit *racemum,* cuius ſignificationem v. in numm. 11. explicatione. Inſcriptio nummi eſt: *ol hor aolol,* i. e. *apud ſurculum racemauit,* v. numm. 12. explic.

17. 18. 19. 20.

Hieroglypha horum nummorum ſunt:

قبعل ربيس

i. e. *vrceus anguſto collo, racemus,*

et *princeps ſummus ſtrenuus.*

Inſcriptio

Inſcriptio nummi 17. et 18 eſt: *atſchol o*, et circa racemum: *l hor:* i. e. عجل علي هر i. e. *praecox fuit apud ſurculum.* Inſcriptio 19. eſt: *ol ole*, על עלה, i. e. *apud ramum:* inſcriptio vero 20 eſt: *eir otſcho*, اير عجّ i. e. *vehementer diſperſit ventus puluerem.*

21.

Hieroglypha hic ſunt: بعل ربيس

i. e. *palma*, *racemus*,

et *dominus ſtrenuus.*

Inſcriptio circa palmam eſt: *Otſcho otſchol bol or*, عجّ اجل بعل هر i. e. *vehementer puluerem diſperſit in gratiam ſurculorum palmarum.* Signum interpunctionis ſagittae cuſpidem imitans dirimit hic primam vocem *Otſchol* dividitque in *Otſcho* et *Otſchol:* alias ſenſum eruere res impedita.

22.

Hieroglypha hic: قبعل اطار سغبر

i. e. *vrceus*, *circulus foliorum arboris.*

his aſſonat: قبعل اطر سغير

i. e. *princeps praeſes arbiter.*

 Iam

Iam nunc lectio inſcriptionis facilis, eſtque in priore latere, *Ol holleb*; in altero, *roal fell*, ac in coniunctione ſemicirculorum *lao*, i. e.

على حلب رعل فل لحا

i. e. *apud vrceum* vel *vas palmae pellicula rupta eſt.*

23.

Inſcriptio prioris lateris eſt *al b:* poſterioris: *ol or:* i. e. على بعل ذر i. e. *apud palmae ſurculum.* Hieroglypha prioris ſunt:

قبعل فرض

i. e. *vrceus crenam habens,*

et *princeps imperans.*

poſterioris vero: فرع اطار سغر

i. e. *ramus, circulus foliorum;*

his aſſonant: فرع اطر سغر

i. e. *princeps praeſes arbiter.*

24.

Hieroglypha hic: ربيس عمدان

i. e. *racemus, duae columnae;*

his aſſonat: ربس عموة

i. e. *ſtrenuum columen familiarum.*

Notemus

Notemus hic originem vocis *Ribes*, (ربس, *rebis*) qua ſcriptores hiſtoriae naturalis vtuntur, quaeque arabibus ingenere *racemum* denotat. Inſcriptio prioris lateris: *o*, poſterioris: *r ollel or:* هر עולל فر i. e. *ſurculus* vel *palma communis racemare fecit ſurculos.*

Tab. III. continet ſequentium nummorum delineationes:

25.

Hieroglypha prioris lateris ſunt:

فرع قمعل

i. e. *ramus, vrceus anguſto collo.*

et *Pharao* vel *princeps ſummus.*

Poſterioris vero lateris ſunt: أطار طلع

i. e. *circulus*, *flores palmae.*

His aſſonant: أطار طالع i. e. *praeſes altus.*

Inſcriptio nummi eſt: *Otſch rol ar ollel hor*, cuius ſignificationem v. in nummi 8. explicatione. Littera *a*, quae in voce *ar* deficere videtur, opificis forte incuria mutata in crucem.

 26.

26.

Hieroglypha prioris lateris ſunt:

بعل محصد رواق

i. e. *vir, falx, porticus:*

his aſſonant: بعل محصد رفاغ

i. e. *dominus firmus multae terrae regionis.*

Poſterioris lateris hieroglypha ſunt:

قبعل اكل طلع

i. e. *calix, dactyli, flores palmae,*

et *princeps ſummus, rex altus.*

Inſcriptio prioris lateris: *al bol,* poſterioris vero: *ar ollel hor,* i. e. *apud palmam communis vſus racemauit ſurculus.*

27.

Hieroglypha prioris lateris ſunt:

واسيط رواق

i. e. *porta, porticus:*

his aſſonant: وسيط رفاغ

i. e. *ſummus multae terrae regionis.*

Alterum habet hieroglyphon: طلع

i. e. *flores palmae,* et *altus.*

Inſcriptio prioris lateris eſt: *Ola*, poſterioris: *ar ollel hor*, i. e. *apud palmam communis vſus racemauit ſurculus.*

28.

Siſtit effigiem regis cum corona in capite: in altero vero latere effigies duorum ſine dubio principum. Syllabam enim in regis effigie *ſche*, ſi combinemus cum ſyllaba *ſcho*, in altero latere exarata: habebimus *ſcheſcho*, ششوع i. e. *boni opum adminiſtratores.* Diodorus Siculus appellat quendam regum Aegyptiorum Σεσωοσ: immo Seſoſtris aliorum ſine dubio nil aliud, quam ششوع ريس *Schoſchuo rejis*, i. e. *bonorum adminiſtratorum caput et princeps.* Quae Diodorus aliique de regibus Aegyptiorum narrant, continentur plerumque iam in ſignificatione nominum, quibus reges deſignant. Sub circulo effigiem regis ambiente exſtat litteris maiuſculis expreſſum *Olo*, علا i. e. *altus fuit, imperium tenuit:* vtrinque vero *arair bal*, عرارٍبعل i. e. *dominus familiae princeps.*

29.

Etſi ſigna nummi huius quodammodo conueniant cum antecedentibus: incredibile tamen Pharaonum quemquam appellaſſe *Hieroſolymam vrbem ſanctam*, vt inſcriptio habet, vel Iudaeos imitatos fuiſſe hieroglypha Aegyptiorum. Praeterea Sekel Iſrael, Eben, Gera, &c. Iudaeorum non nummi erant, ſed pondera. Sekli huius fuſor reuocauit ne vnquam pondus comae Abſolonis abſciſſae, ad pondus Sekli ſui?

30.

Hieroglypha huius et ſequentium nummorum ſunt: بعل ربيس i. e. *palma*, *racemus*, et *dominus ſummus.* Inſcriptio triceſimi huius nummi in priori latere, circa caudicem palmae, eſt: *arol aſſar;* circa racemum vero: *fool ollel*, i. e.

فحال עוללּ ارعل عغار

i. e. *palma mas racemare fecit palmas foecundationis* vel *feminas.*

31.

Inſcriptio huius nummi eſt; *Fool ollel bol ar ore*, فحال עולל بعل عري عرآ i. e. *palma mas fecit*

fecit racemare palmam communi vſui permiſſam virginem.

32.

Inſcriptio prioris lateris eſt: *arol offar,* ارعل عغار i. e. *palma foecundationis.* Annexum latus ob litterarum diverſam formam, inſcriptionisque argumentum, alterius ſine dubio eſt nummi. Senſum huius inſcriptionis v. in ſequentium enucleatione.

33. 34.

Inſcriptio horum eſt: *Ebl abl la alke eka gelil,*

i. e. ابل ابّل لا علكوا عكّي غليل

i. e. *Cameli ſine paſtore libere vagantes non mandunt contuſa ſylueſtrium dactylorum officula cum foeno mixta.* De camelis liberis hic et de pabulo domeſtico camelorum, non vero de liberatione Jeruſalemi agitur, vt quidam credidere.

35.

Siſtit duo cornua et inſcriptionem:

Tſcharb efelle, af elele,

i. e. جاريب افلّ عغوعلل

i. e. *Vter ruptus eſt, optimum bibere vnum hauſtum poſt alium.* Hieroglyphon hic: اسكم, i. e. *cornu,*

cornu, et *vter*, *in quo vinum conditur*, et *ſanguis*, *in quo coniurantes manus immergunt.* Haec, ni fallor, ſatis ſuperque oſtendunt originem nummi huius. Sacerdotis Mathatiae nomen, quod alii hic haerere ſuſpicabantur, non inueni.

Enucleatorum horum nummorum contemplatio, dat nobis praeter omnem tot tantorumque ſeculorum ſpem, vetuſtiſſimae aegyptiacae ac europaeae rei monetariae cognitionem. Oſtendit enim nobis non ſolum diverſitates aegyptiorum nummorum ac modum aegyptium ſignandi, verum etiam originem nummorum europaeorum. Si enim paulo attentius comparabimus nomina hodiernorum quorundam nummorum noſtrorum cum inſcriptionibus et ſignis enucleatorum: faciliter, vt iam monui, obſervabimus, nomina illa, partim in inſcriptionibus exſtare, partim vero ſigna illa hieroglyphaque ſignificare. Quae ipſemet obſeruaui, quaeque contuli, hic ſubiungo, aliorumque iudicio ſubiicio. Sunt vero ſequentia:

Real,

Real, رعل *rial*, palma mas.

Oer, عرى *arj*, *erj*, palma communi vſui permiſſa: هر *hir*, ſurculus palmae.

Thaler, طلع‌عرى *thali erj*, ſpatha vel flores palmae communis, vel vt in numm. 11. طحل عرى *thahal ar*, i. e. impleuit vas communis palma: harter Thaler, videtur, ut revera eſt, هريث i. e. *latus et amplus* thalerus.

Blafer, Heluetiorum Plapper, بعل‌عفار *bal afar*, palma foecundationis.

Ecu Gallorum, عكى *ekkaj*, decorticati dactylî ſylveſtres, v. numm. 32. 33. et 34. qui diverſas ob rationes videntur eſſe nummi veterum Gallorum.

Piaſtre, بهز pl. بهازر *behaſir*, palma procera.

Cruſado Portugallorum, nomen collectiuum nummorum, non monetae, كرزعض *Kjors oddin*, ſaccus oddis repletus. *Odd* vero eſt genus pabuli camelini ex reliquiis ſeminis ſeſami, e quo oleum expreſſum, et ex oſſiculis dactylorum maceratis et fractis, adeoque fere idem quod *Eka gelil*, de quo v. nummi 33. enucl.

Mara-

Marawedi, معرار ودى *miorar wedi*, ſcabioſae, vilis palmae paruus ſurculus.

Eſcudo, *ſcudo*, *eſcu*, اصيص قدح *Eſſiſſ-kadah*, ollae, in qua odoratiores flores ſeruantur, ſimilis calix: hunc v. in numm. 12.

Gros, *groſſus*, грошъ, Groſchen, غراس *gheraſſ*, ſurculus palmae.

Grot, Grot, Kreußer, غروض *gherudd*, *gherudds*, flores palmae.

Poluſchka, полушка, بعل عشة *bol-oſchet*, (cum ſlavica terminatione diminutiua *ka*,) palma vilis, gracilis, tenuis.

Copeika, копѣйка, كوب *Kjob*, *Kjub*, *Kob*, *Kub*, (cum diminutiua ſlauica terminatione *eika*) vrceus ſine anſa et tubulo, quem vidimus in nummis.

Poltina, полтина, بعل طنّ *bol thenn*, racemus palmae irriguae dulcis.

Griwna, гривна, خريض *cheriſon*, folium arboris deciduum, decerptus de arbore fructus.

Rubl,

Rubl, рубль, ربل *rabl*, pl. ربول *robul*, arbor virens circa autumnum in frigidiore aëre.

Seftertius, *Seftertium*, *Heftertium* Romanorum, استارة *Iftaret*, pondus fex dirhem. درهم *Dirhem* fignificat et nummum argenteum, et hortum palmarum. Hinc

Sterling Anglorum, استار لينة *Iftaro linat*, i. e. pondus fex nummorum palmae dictae linat, vel fex dirhem, nummorum argenteorum. Dirhem valebat 20 dinar, i. e. nummos aureos. Hucdum 20 Schilling valent 1 Pund-Sterling: hucdum Sterling nomen collectiuum et nummus mere arithmeticus. *Schilling* ergo eft سحل لينة *Sehl-linat*, i. e. praefens pecunia palmae dictae linat, Hinc formula, ein Schilling Geld, i. e. praefens pecunia, quam quis revera poffidet.

Peni, Pennig, Pfennig, باهين *bahin*, palma femper florens; botri dactylis maturis et immaturis conftantes.

Penas, Penaz, Slauorum in Hungaria, nummus valens quintam partem groffi, item *Penife*, Penize,

C fígni-

significans iisdem *pecuniam*, باهين عسن *bahin-assin*, i. e. racemus palmae, vel dactylorum.

Dudek, (ita Slaui illi grossum quoque appellant,) et *Deut* Hollandorum, est דוד *Dud*, i. e. *urceus*, quem in nummis vidimus.

Schwar Bremensium, صور *sawr*, palmae paruae et coniunctae.

Albus, علب عسن *oleb assin*, longarum palmarum racemus vel spadix.

Ferding, *Farthing*, فرع طن *fera thenn*, *faro thenn*, ramus dactylorum recentium ac valde dulcium.

Fettmenchen, Fettmännchen, فت مهين *fett-mehin*, separati vilesque dactyli.

Obolus, ὀβολος, عبل *obel*, folium incisum, crispumque. v. numm. 9.

As, *assis*, Romanorum, عسن *assin*, surculus racemus palmae: عش, oss, amplus scyphus.

Blutzger Heluetiorum, بعل عجغر *bal otsch gherre*, i. e. palma puluerem dispersit, puluere impleuit. v. numm. 21.

Ratitum

Ratitum Romanorum, (quod Festus ita appellatum ait, quia in eo ratis fuerit effigies, vt nauis in asse) رضّ رضضد *radd raddid*, dactyli exemtis officulis contusi. v. numm. II.

Para Turcorum, פָּארה, *pora*, ramus.

Laka, *lak* Indorum, لقاح *lakah*, flos maris palmae. *Rupie*, *Rup* Indorum et Asiae minoris, *Rappe* Heluetiorum, est ربع *rob*, *robo*, quadrans: veteres rupiae Indorum erant figura quadrata.

Coris, *Cauris* Indorum, غريسة *ghariffet*, primum palmae germen.

Pouni Indorum, باهين *bahin*, palma semper florens.

Gandan Indor. غنيط *ghanithon*, dactyli immaturi suspensi ad maturandum.

Batzen Heluet. بط زنا *bath sene*, vrceus angustus. Jam sine dubio.

Pecunia, بغو *beghwon*, flores arboris: hinc et *florenus*. Arabes appellant *dactylos*. et *sal* ابوعون *ebu-unin*, i. e. *pater auxilii:* pecu-

 nia

nia certe erat et erit, بغوعون *beghw-unin*, i. e. *flores auxilii.* Geld Germanorum غليث *ghelith*, dactylis concinnatus, et pl. *gholoiuth*, Gulden esse videntur.

Gratus hic consensus verborum et rerum ostendit, ni fallor, iam originem rei monetariae et orientem versus. منض *monddi*, moneta, vel *mondzi*, Münze, i. e. *res, qua faciliter conficitur negotium*, exstitit itaque antequam Minerua Romanos monuit signare argentum.

Tab. IV. sistit Alphabetum litterarum, in nummis exstantium, eum praesertim in finem congestum, quo similitudines earum cum litteris in Isidis effigiebus, quas sequentes exhibent tabulae, facilius perspiciantur. Eandem ob caussam inscriptiones Isidum separatim in Tab. V. et VI. exaratae, ac subscriptis litteris hodiernis explanatae.

Inscriptio Isidis in Tab. V. hexametro et pentametro (quod poeseos historiae gratia quoque notandum) constans, a pectore effigiei deorsum legenda. *Hexameter* in latere effigiei sinistro est sequens:

Esara,

Efara ſchaë ſemaf iio eb rai iir,

افرسعاع سماوي ايآ ااب ريى اير

i. e. *Agiliter tranſiuit lux coeleſtis, ſplendor ſolis occidit aſpiciens eurum* vel *orientem.*

Pentameter in dextro latere eſt:

Ser afal dokja iiaſch roal riial iir.

سر افل ذكاء ياش رعل رهل اير

i. e. *Hilaris occidit ſol, laetus ſidit nubes aëris.*

Inſcriptio Iſidis in Tab. VI. num. I. metro quoque conſtans, eſt ſequens:

Om ſcharwo	ام شرفآء	*Mater eminens,*
Ab eſmat	عب اسمية	*Lux coelorum,*
W aſol ebam	واصل عبهم	*Et origo lucis eorum*
Mail eab	معل ااب	*Properans occidit*
ra air. i. e.	ربي اير	*Aſpiciens eurum.*

Inſcriptio Iſidis in eadem Tab. VI. num. 2. eodem metro concinnata eſt ſequens:

Loſar iiaſch	لصق ياش
Dokja iil	ذكاء ايل
Oſſa aiir	عش اير

i. e. *Fulſit hilaris, ſol potens (magnus, eminens) obiuit noctu aërem.*

Hic

Hic finem imponere propoſitum iubet: verum nexu rerum ita ferente, et quia cognitionem hieroglyphicarum harum effigierum in theogonicis hiſtoricisque perutilem eſſe affirmaui: addam, quae viſa ſunt, ſummatim.

Effigiem Iſidis in Tab. V. ſi intueamur, dicemus:

قدامي قرص قرون ايّل ازار بازارة وشرك

kadamaj, kors, korun iial, iſar baſareth we ſcherekj;
i. e. *pennae anteriores in alis volucrum, diſcus vel orbis, cornua arietis, mulier in velamine capitis, in tegumento, quo nudum cingitur corpus et in reti venatoris.* His aſſonant:

قدم قرص قرن ايّل عيزار بسرة وشرق

kadama kors, karn aiallo, eiſar boſret we ſchirk,
i. e. *advenit orbis ſolis, pars orbis magni vel potentis ſolis orientis, firma lux radians per fiſſuram.* Fiſſura quoque in effigie dirimit inſcriptionem: *boſret* pl. *boſorat* ſignificat etiam *ſphaerulas vitreas,* quas in Iſidis ſuperhumerali conſpicimus.

Effigiem Iſidis in Tab. VI. num. I. ſi intueamur. dicemus:

ازار بازارة واسّ في قرن

Iſar baſaret woſſ fi karn:

i. e.

i. e. *mulier in velamine et corde cum capillo promiſſo et torto.* His aſſonant:

عيزار بسرة واسّ فى قرن

Eiſar boſret woſs fi karn:

i. e. *Firmus ſol oriens et fundamentum in nexu rerum.*

Effigiem Iſidis in eadem Tab. VI. num. 2. ſi intueamur, dicemus: ازار بازارة

Iſar baſaret,

i. e. *mulier in velamine et tegumento.*

His aſſonant: عيزار بسرة

Eiſar boſret,

i. e. *Firmus ſol oriens.*

Flexiones et conſtructionem hodierni arabici idiomatis hic locum non habere, in aprico eſt.

Effigies itaque hae ſunt hieroglypha ſolis, et quidem ſolis orientis. Conſideremus nunc ſignificationes nominum, quibus ſol in inſcriptionibus et hieroglyphis his compellatur; conferamus inſimul ſynonyma: et actutum apparebit origo aliorum quoque ſolis hieroglyphorum, quae Aegyptii olim Europaeis in gemmis et idolis diſtribuere, quaeque

populi europaei ceu vernaculas haereditariasque diuinitates ſibimet appopriauerunt. Sol appellatur hic

1) *Kors*, قرص i. e. diſcus orbisque ſolis: idem ſignificat *Perun*, پرهون *perhun*. Priori aſſonant: *kjorres*, كرز i. e. *accipiter*, *falco*, qui in tabula Iſidis frequens. Romani nominauere aquilam, ac, vt variae Iſides, in lituis, legionibus praeferebant. (hic origo auguratus): *chors*, خرز i. e. cuſpis haſtae, quam variae Iſidis effigies tenent: *kjors*, كرز ſaccus, quo Iſidis figura plerumque induta: *kjoras*, كراز cantharus anguſti oris, quem in variis ſolis hieroglyphis conſpicimus: *kjirs*, كرس i. e. radix, origo. &c.

2) *Karn*, قرن i. e. ſuperna abſis ſolis orientis, radii ſolis; latus faciei, peculialiter qua parte cornua naſcuntur in brutis; cornu; promiſſus et tortus capillus; cirrus; cincinnus; vertex montis; paruus mons; turris, (en Cybele); ſeries equorum ad certamen curſus paratorum; (en equi Phoebi). Omnia haec inuenimus in Iſidibus

dibus vel ſolis hieroglyphis. Voci *Karn* aſſonat: *Karin*, قرين i. e. colligatus, coniunctus: idem ſignificat اسير *Aſir* et *Oſeir*, ligatus, conſtrictus, (en Oſirin) &c.

3) *Eiſar*, *Aiſar*, عيزار i. e. firmus, durus (en *Aeſar* Etruſcorum) it. alacer; alacer adoleſcens; grus, quem in aegyptiacis ſolis hieroglyphis etiam inuenimus: idem ſine dubio *Ibis* ابيص, i. e. *alacer*. Synonyma ſunt اذن *odin*, et اصوص *eſus*, i. e. durus, firmus: (en *Odin* ſeptentrionalium populorum et *Eſus* Gallorum.) &c.

4) *Jio*, ايا, lux ſplendorque ſolis: hinc *Jo*, et Romanorum *deus*, ايا عب عتر *Jao ab itr*, *Jupiter*, i. e. lux ſolis, lucis origo. &c.

6) *Os*, *Es*, *Is*, اسّ i. e. principium, fundamentum: hinc *Is* ſubſcriptum Iſidi, v. Montfaucon. Antiq. T. II. CLXVII. P. à la 340. page: hinc Iſis Graecorum. Idem ſignificat aſſonans اص *Is*, i. e. fundamentum, radix, imum: idem قرق *Kirk*, i. e. origo; hinc *Korg* olim Boruſſorum; hinc Διμητηρ, deum mater, i. e. دمم mater, i. e *radix mater* &c.

5) *Schirk*,

5) *Schirk*, شرق lux radians per fiſſuram: ejusdem radicis aſſonantia: شرق *ſcherk* et شارق vel شريق *ſcharik* vel *ſcherik*, i. e. ſol oriens ſplendensque: it. poſterius: pulcher adoleſcens: (en iuuenem Phoebum pellentem equos). His aſſonat: شريك *ſcherikj*, i. e. conſors, ſocius: (en matrimonium Oſiris et Iſidis). *Splendens* ſignificat etiam *Eſharo* ازهر foem. زهرا *ſehrao*, i. e. ſplendens et *vacca:* dual. ازهران *Eſhrane*, ſignificat: *ſol et luna.* Hinc Iſis *vacca lactans*, hinc *luna* in capite eius. &c.

6) *Eial*, *iil*, איל, vel وعل *wal*, i. e. magnus, elatus, potens, fortis, it. *caper*: hinc cornua arietis, hinc ſacer olim vſus cornuum: hinc *Walam*, *Wal ammon*, وعل أمّ i. e. *magna mater*, it. *aries mater*, quam v. in *Deſcription des princip. pierres gravées du Cabinet de S. Al. M. le Duc d'Orleans Tom. II. planche 6. à la 15 page:* hinc *Ammon*, أمّ *Hammon*, (Hammonius Jupiter) i. e. mater. &c.

Hic radix, hic imum hieroglyphicae Theogoniae, Thauti luſus ingenioſi verborum, inanium olim orbis terriculamentorum curarumque mythologorum.



TAB: I.

1

3

2

5

4

Convenit
Cum prae-
-cedenti.

7

6

9

8

11

10

TAB. II.

13

15

16

17

20

10

22

24

Porta. Sculpt:

TAB. III.

30

31

33

32

34

J. Porta. Sculp.

litterarum in nummis delineatis.

al:

ca:

odl:

Ho.

le:


odl: ool:

le:

Tab: V.

e
ſ
a
r
a

ſch
ae
ſ
e
m
a
ſ
ii
o
e
b
r
a
i
ii
r





Tab: VI.

o w r a sch m o

t a m . c b a

m a be l os a w

a r ba e l ia m

r ia

o l o

c ss a

s

a i i r


aer

iiasch

doca

i. i l






VITT.